



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



QVA

PER-ILL. L. B. DE WOLFF.
DE POTESTATE CIRCA SACRA
ET BONA ECCLESIASTICA
DOCTRINAM

ADVERSVS

S. V. RODTFISCHERI IMPVGNATIONES

SVB AVSPICIIS DIVINI NVMINIS

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO
CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM
ANGARIAE ET WESTPHALIAE RELIQVA

PRAESIDE

IOACHIMO GEORGIO DARJES

PHIL. ET I. V. D.

SERENISSIMO DVCI SAXO-VINARIENSI ET ISENACENSI A CONSILIIIS
AVLICIS PHILOSOPHIAE MORALIS ET POLITICES P. P. O.

D. X. IVLII MDCCLI.

PVBLCICE DEFENDET

IO. FRIDERICVS IVLIVS HAERTER

ALTENSTEINIO-FRANCVS

S. S. THEOL. CVLTOR.

IVENAE LITTERIS SCHILLIANIS.

(5)

Städt. Bibliothek
Regensburg


A SON EXCELLENCE
MONSEIGNEVR
GOTTLOB DE STEIN
A ALTENSTEIN,

BARON ET BANNERÉT DV SAINT EM-
PIRE ROMAIN, SEIGNEVR D' ALTEN-
STEIN, DITTERSWIND, MAROLSWEI-
SACH, ALLERTSHAVSEN, ECKARTS-
HAVSEN, PFAFFENDORF, PFAR-
WEISACH etc. etc.

CONSEILLER D' AMBASSADE ET GEN-
TILHOMME DE LA CHAMBRE DE S. A. S.
LE DVC DE SAXE GOTHE.

MON TRÈS GRACIEUX SEIGNEVR.

MONSEIGNEUR,

a grace particulière dont VOTRE EXCELLENCE m'a de tout temps accablé, me fait de plus en plus ressentir la plus grande vénération pour votre personne. Je ne suis pas aussi capable, de quelques expressions dont je puisse me servir, de Vous exprimer seulement la moindre partie de la passion la plus

plus ardente, et de la reconnoissance que je Vous dois. Tous ces motifs m'engagent que j'ose à présent Vous consacrer avec le plus profond respect cette dissertation. Je serois au dernier point coupable, si j'avois négligé une telle occasion de faire paroître ma soumission. Mais j'ai d'autant moins raison de douter que Vous n'agriez pas ma hardiesse; d'autant plus que je puis me glorifier de vos intentions si gracieuses envers moi, et d'autant plus que l'étendue de Votre discernement dans les sciences mé fait esperer Votre consentement à l'égard de ce petit ouvrage. Les plus illustres, et les plus hautes qualités de Votre esprit, doué d'une connoissance la plus solide daigneront de même honorer d'un regard gracieux les efforts d'un disciple de la sagesse. J'aurois ici assez d'occasion de faire l'élogiste; mais à quel hazard m'exposerois-je? Je ne serois assez fort ni en des sublimes pensées, ni en des expressions magnifiques pour faire connoître dignement à tout le monde les plus excellentes qualités de VOTRE EXCELLENCE, et par où commencer à les peindre? Non! la crainte de n'ébaucher que grossièrement un portrait réservé pour le pinceau des plus grands maîtres m'impose silence. Ma veneration doit plutôt se montrer effectivement par des voeux ardents. Je les joins à ceux de Vos autres fidèles sujets, qui ne sauroient assez louer le bonheur dont ils jouissent sous le gouvernement de leur Souverain. Là il faut que les benedictions et les abondances entrent dans les maisons des sujets, où une sage prévoyance de leur Souverain veille sans cesse à leur bien. Là il faut que la paix regne, et qu'elle fasse passer aux sujets des heures pleines de jouissances, où la benignité et la justice sont la règle de leur Souverain. Or un état si heureux, où ma chere patrie à jus qu'à présent vecu sous Votre gouvernement le plus sage du monde, ne devoit-il pas me toucher, et ne me feroit-il pas une extrême joye? Oui j'adresse pour cela par un zèle ardent mes prieres à l'Être suprême. Dieu fasse fleurir heureusement Votre auguste maison jusqu'aux temps les plus reculés. Il remplisse principalement VOTRE EXCELLENCE de sa grace, et repande ses benedictions sur tous Vos

soins, afin que la renommée puisse faire savoir à la postérité,
combien les peres ont été heureux sous Votre gouvernement.
Ce sont les souhaits dont j'espere l'accomplissement, afin de
pouvoir Vous convaincre du zèle respectueux et profond avec
lequel je suis,


MONSEIGNEUR,
de **VOTRE EXCELLENCE,**

à Iene ce 3. de Juillet
MDCCLII.

le très humble et très obéissant
serviteur

Jean Frederic Iules Haerter.

icé,
.nt.
de
vec



§. I.



In octava siue ultima iuris naturae methodo **Ratio insti-**
 scientifica pertractati parte §. 456. vsque **tuti.**
 ad §. 528. et §. 945. vsque ad §. 959. **PER-**
ILL. L. B. DE WOLFF totum animum om-
 nemque curam in eo posuit, vt, dogmata
 eaque praecipua, quae de potestate circa sacra et bona
 ecclesiastica praecipiunt protestantes, iuris ex naturae
 principiis, ideoque rerum ex notionibus fluere, scienti-
 fica ostenderet methodo. Hancce Philosophi doctrinam
 S. V. P. GREGORIVS RODTFISCHER Theol. Professor et
 Ord. S. B. Professus examinavit, eandemque in Dissert.
 Ratisbonae die V. Octobr. M DCC XLVIII. hab. et quae
 inscribitur : *Dissertatio de potestate circa sacra et bona eccl-*
esiastica, qua celeberrimi L. B. DE WOLFF circa ecclesiam prin-
cipia methodo scientifica examinantur, argumentationibus,
 quas scientificas vocat, impugnavit. Res magni est mo-
 menti. Viri, quorum in omnem rem litterariam prae-
 clara sunt merita, in ea dissentiunt. Vtrique ea sunt in
 persuasione, vt dogmata, quae exhibuerunt, methodo
 sint corroborata scientifica. Operae itaque pretium est,
 principia atque argumentationes, quibus sententias illas,
 A inter

ter.



inter se repugnantes, viri celeberrimi corroborare v
luerunt, examinare, quatenam argumenta legitime
quatenam illegitime formata sunt, ostendere, atque ad
a cuius parte stat veritas, indicare. Haec mei institui
est ratio.

§. II.

Prima Phi-
losophi
thesis.

Primum, quod venerandus dissentiens aggreditur, est
quod Per-Illustris Philosophus in Schol. ad §. 484. Part
VIII. I. N. monuit, nimirum Philosophum de potestate
circa sacra bonaque ecclesiastica agentem, non progredi
ultra ea, quae ex ipsa ecclesiae notione fluunt, seu quae
sunt religionis naturalis. Huius sententiae veritas ex ipsa
philosophiae notione manifesta est. Quum enim philo-
sophi sit, in ea inquirere, quae rerum in essentiis atque
notionibus rationem habent sufficientem; sequitur, phi-
losophi, qui, qua talis, de potestate circa sacra bonaque
ecclesiastica agit, quoque esse, vt in ea solum inquirat,
quae ex ecclesiae atque religionis notione legitime in-
ferenda.

§. III.

Obiectio.

Audiamus venerandum Dissidentem. Sic ille *in*
not. §. 33. pag. 21. „Cum philosophus vltro moneat,
„omnia, quae de ecclesia sibi pertractanda sumpisset, non
„nisi de coetu hominum *naturali religione* Deum colenti-
„um intelligenda esse. Religio vero naturalis, ni fallor,
„hypothesis si non absolute, saltem pro moderna provi-
„dentia impossibilis sit; fatis periculosa; hinc mihi son-
„tem detexisse videor, ex quo singulae propositiones
„Wolffianae nobis discutiendae scaturiunt, quae siue non-
„nisi pro hypothesis impossibili subsistunt, ex impossibili
„vero non nisi impossibile sequi potest; vel certe ad Re-
„ligionis reuelatae hypothesis prorsus infocunda princi-
„pia, et admodum lubrica suggerunt, siquidem ex hypo-
„thesi Religionis reuelatae corollaria e diametro Wolffia-
„nis



nis opposita fluere, per decursum patefecet. Vt adeo
 systema de ecclesia celeb. Wolffii aut impossibili hypo-
 thesi nitatur, aut nihil profecto emolumenti legentibus
 adferat, nisi quod incautos Religionis pure naturalis ad
 reuelatae hypothesin, nullo discrimine concludere faciat.
 Posterius virum integerrimum positivie intendisse, vt
 credam, adduci nequeo; sed prius dicendum existimo,
 ipsamque hypothesin Religionis pure naturalis Wolffia-
 nam, salva tanti viri pace, impossibilem suspicor. Equi-
 dem plura sunt attributa diuina, quae solis naturae viri-
 bus demonstrari difficile haut est, quae etiam officia
 hominis, rationis lumini soli penitus respondent. At
 omnia et principalissima quaeuis attributa e. g. *sanctissi-
 mae Trinitatis etc.* et singula hinc manantia hominis of-
 ficia ex solis naturalibus deduci, et in iis etiam, quae
 numine naturali prouidentur, adeo inoffenso pede ad-
 eum certitudinis gradum, quem indubitatus fidei as-
 sensus exigit, eluctari quempiam posse, id vero est, quod
 constanter negamus. Vnde Religio quidem *naturalis*
 non repugnat in consortio cum reuelata, repugnat ta-
 men solitaria et *prae naturalis*, atque adeo repugnat et-
 iam potestas circa sacra pure naturalis, itemque eccle-
 sia auctoritate solum humana constituta, in quibus ad-
 struendis celeb. L. B. DE WOLFF *tom. 2, Iur. Nat.* totus
 est.

§. IV.

Respondeo. Primo distinguendum est, an veneran-
 dus RODTFSCHER disputet cum *illis*, qui religionem pu-
 re naturalem defendunt? an cum *illis*, qui qua Philosophi
 in inquirendis veritatibus, quae ad religionem pertinent,
 non ultra eas, quae ex ipsa religionis notione fluunt,
 progrediuntur. Si prius, nihil, quod ad rem pertinet,
 monendum video. Si vero posterius, omnia, quod salva
 tanti viri pace sit dictum, quae monuit falsa sunt. *Fal-*

Responso-
 nis pars
 prima.



sum est, religionem naturalem pro moderna prouidentia esse impossibilem, seu, vt §. 20. loquutus est, falsam. Quum enim religio reuelata essentiam religionis non abroget, sed magis determinet (quod ex eo patet, quia essentiae rerum sunt immitabiles): religionem vero naturalem philosophice euoluturus, in ea inquirere debeat, quae per religionis essentiam ponuntur; manifestum est, posita religione reuelata naturalem quoque esse ponendam, ideoque religionem naturalem non esse impossibilem atque falsam, sed pro moderna prouidentia insufficientem.

SCHOL. Rem exemplo quodam illustrabo. Ius ciuile naturale seu vniuersale in ea inquit, quae per essentiam ciuitatis iusta atque iniusta sunt. Ius ciuile posituum principia, quae ius ciuile naturale exhibet, magis determinat, obtiumque ad statum adcommodat. Quis inde poterit inferre, principia iuris ciuilis vniuersalis pro moderno ciuitatis statu esse impossibilia atque falsa?

§. V.

Pars secunda.

Porro falsum est: *principia, quae non ultra ea progrediuntur, quae religionis naturalis sunt, ad religionis reuelatae hypothesein infocunda esse et admodum lubrica.* Sunt enim principia, quae religionis, qua talis, essentiam et quae inde legitime fluunt explicant, ideoque basis eorum, quae religio reuelata magis determinata exhibet. Essentialem religionis reuelatae exprimunt scopum, atque ideo ea porrigunt, quorum ope verae reuelationis principia ab iis possumus distinguere, quae ab erronea fictitiaque quadam dependent. Eiusmodi itaque principiorum utilitas in religione reuelata plane admiranda est.

§. VI.

Pars tertia.

Sequitur inde tertio, vt falsum sit, *ex hypothesei religionis reuelatae corollaria principia, quae sunt religionis naturalis, e diametro opposita fluere.* Ponamus enim ex hypothese



pothefi religionis reuelatae fluere corollaria principis, quae sunt religionis naturalis, e diametro opposita; con-
sequens erit. religionem illam reuelatam essentiae religio-
nis repugnare. Quare, quum eiusmodi rei determina-
tiones, quae essentiae rei determinatae repugnant, impos-
sibile seu falsum constituant; manifestum est, religionem
reuelatam, ex cuius hypothefi corollaria principis, quae
sunt religionis naturalis, e diametro opposita legitime flu-
unt, esse falsam ideoque non reuelatam.

§. VII.

His satis, vt opinor, probabis manifestum est, omnia, Conclusio
generalis.
quae sequuntur, inter ea referenda esse, quae ex doctri-
na Per-Illustris Philosophi illegitime sunt allata, nimirum
systema celeb. WOLFFII, quo in ea inquit, quae ex essentia
ecclesiae fluunt, et quae ultra ea, quae sunt religio-
nis naturalis, non progrediuntur, impossibili niti hypo-
thesi: systema illud nihil profecto emolumenti legentibus
adferre, nisi quod incautos religionis pure naturalis ad
reuelatae hypothefin nullo discrimine concludere faciat:
systema illud exhibere potestatem circa sacram, quae im-
possibilis, et quae sunt reliqua.

§. VIII.

Vnicum restat, quod mea quidem sententia contra Monitum.
ea, quae dixi, adducere potest venerandus dissentiens,
nimirum consuetaria illa non ex doctrina, quae religio-
nis essentiam, et quae inde fluunt, explicat, sed ex do-
ctrina, quae religionem *pure naturalem* adeoque reuela-
tae oppositam exponit, esse ellata. Sumamus hoc, et
erit consequens, clarissimum opponentem aut malum
egisse interpretem, aut principia Philosophi non exami-
nasse. *Posterius* intentioni venerandi dissentientis repu-
gnare, apertum est. Ergo *prius* dicendum existimo. Ver-
ba



ba Per-Illustris Philosophi sunt, quae sequuntur: „(Quem-
 „admodum de cultu diuino agentes, non progredimur vl-
 „tra ea, quae religionis naturalis sunt; ita etiam in de-
 „finienda ecclesia non habetur religionis reuelatae ratio.
 „Quae de ecclesia christiana, qua tali, tenenda sunt, ad
 „Theologiam reuelatam pertinent. Religio tamen natu-
 „ralis cum conseruetur in reuelata, nisi quod haec alia
 „adhuc superaddat; ecclesiae significatus generalis etiam
 „conuenit ecclesiae christianae cum in genere spectatae,
 „tum etiam in specie, quatenus quoad religionem chri-
 „stianam non omnes idem sentiunt.) Quae cum ita
 sint, manifestum est, Philosophum non dixisse de religio-
 ne *pure naturali* reuelatae opposita, sed de religione *na-
 turali*, quae est religionis reuelatae, et religionis *pure
 naturalis* genus, ideoque de religione naturali, quae ea
 indeterminata relinquit, quae in religione reuelata de-
 terminata sunt.

SCHOL. Ponamus illustrationis causa, aliquem in ea inquire-
 re, quae sunt iuris naturalis, quis inde poterit inferre, eius-
 modi disciplinam esse ius mere naturale et iuri positiuo op-
 positum? Est basis iurisprudentiae positivae, et ea exhibet
 principia, quae iurisprudentia positiva adoptat magisque de-
 terminat, et quae sunt reliqua.

§. IX.

Secunda
 Philosophi
 thesis.

Secunda Philosophi Thesis, quam venerandus, dissen-
 tiens impugnauit, est, quam legimus §. 500. Tom. VIII.
 cit. *Ecclesia particularis interit sublatâ communionē cultus di-
 uini publici numero eiusdem.* Accipe primo loco simplicissi-
 mam huius thesios explicationem: deinde ea, quae in
 contrarium adducta sunt: et tandem solutionem dubii.
Ecclesiam Philosophus vocat: coetum hominum eodem
 modo Deum colentium. *Ecclesiam particularem*, quae in
 loco quodam particulari est, veluti in vna vrbe, vel cer-
 ta eius parte, aut in vno pago (§. 484.), *Principium unio-
 nis*,



*nis, ex quo intelligitur, an multa simul efficiant vnum. (§. 491). Ex his infert (§. 492.): principium vnionis in ecclesia particulari esse eiusdem cultus diuini publici in indiuiduo communionem. Sublato principio vnionis ea, quae connexa fuerunt, etiamsi singula adhuc subsistant, simul tamen sumta non amplius efficere vnum (§. 496.). Ecclesiam itaque particularem interire sublata commu-
nitione cultus diuini publici numero eiusdem. (§. 500.). Addit perspicuitatis causa, quae sequuntur. : Quando membra plura cohabitant, ecclesiam particularem non ideo faciunt, deficiente nimirum principio vnionis, quo efficitur ecclesia particularis; sed quatenus eundem cultum publicum communem habent. Atque hinc obui-
um est, ecclesiam particularem interire, si qui cohabi- tant non amplius eidem numero cultui publico coniun-
ctim vacare possint, vt ante.*

§. X.

Haec minus accurate dicta esse videntur venerando **Obiectio.** dissentienti. Quamobrem primo monuit §. 61., *cultum Dei publicum quoad auctoritatem, qua constituitur, distin- guendum esse a cultu publico, quoad celebrationem. Illum vocari publicum, quia auctoritate publica est ordinatus, et hunc, quia simul publice in ecclesiis et templis publi- cis fieri permittitur. Et deinde §. 62. et 63. hasce posuit theses: Sublata communionem cultus, tam quoad auctoritatem constituentis, quam quoad celebrationem publici, tollitur com-
munitio ecclesiae particularis: Sublata communionem cultus quo- ad celebrationem solum publici, remanente tamen cultu quoad auctoritatem constituentis publico non tollitur communitio eccle-
siae particularis.*

§. XI.

Formemus statum controuersiae, sine qua nihil fru-
ctuosum e disputatione expectandum, et facile patebit,
Rem

Respon-
sio pare
prima.



rem Philosophi manere saluam. Philosophus loquitur de interitu ecclesiae, ideoque coetus hominum eodem modo Deum colentium, quam definitionem ipse Dissentiens §. 33. not. pag. 21. concedit. Hoc praemisso, manifestum est, Philosophum *cultum publicum*, de quo loquitur, non sumere in oppositione ad priuatum, sed in oppositione ad eum, quem singuli homines seorsum et non coniunctim considerati exercent. Sententia itaque a Philosopho probata haec est. Plures homines efficiunt vnā ecclesiam, quatenus ea ratione coniuncti sunt, qua in communione eundem exercent cultum diuinum. Sublata itaque hacconiunctione, licet singuli seorsum considerati eundem exercent cultum diuinum, interit ecclesia. Hacce a sententia venerandus dissentiens, nisi sibi ipsi contradiceret, non potest esse alienus. Quum enim l. c. concedat, ecclesiam esse coetum hominum eodem modo Deum colentium; consequens est, vt illa quoque concedere debeat, quae hac ex definitione immediate atque legitime fluunt.

§. XII.

Pars altera.

Hoc itaque loco celeberrimus RODRIGERUS contra Philosophum disputat, quem non habet dissentientem. *Hic* loquutus est de cultu publico in oppositione ad eum, quem singuli homines seorsum et non coniunctim considerati exercent. *Ille* vero sermonem facit de cultu publico in oppositione ad priuatum sumto. Philosophus salua ea, quam probauit, thesi, concedere potest, cultum publicum in oppositione ad priuatum sumtum dici posse vel quoad auctoritatem, qua constituitur, vel quoad celebrationem. Concedere potest, cultum quoad celebrationem priuatum, quoad auctoritatem, qua constituitur, publicum esse posse. Haec vero sunt, quae celeberrimus dissentiens in contrarium adduxit. Nulla itaque est contro-



controuersia, sed dissentiens in id dilabitur, de quo non est quaestio.

§. XIII.

Tertia Philosophi thesis, quae in controuersiam vocata est, spectat potestatem determinandi disciplinam ecclesiasticam, quam, posita nimirum ciuitate, in qua cultus Dei publice exercetur; superiori ciuitatis tribuit. Veris enim ex principiis §. 395. Tom. cit. legitime deducto, vt Rector ciuitatis operam debeat dare, vt subditi actiones suas ad legem naturae componant; infert inde §. 458. seqq. curam cultus publici ad superiorem ciuitatis pertinere. Et ex hoc §. 478. concludit, superiori ciuitatis curae esse, vt in cultu diuino publico ceremoniae aptae et conuenienter instituantur, atque iisdem recte vtatur populus, vt abrogentur, quae maiorem habent abusum, quum vsum, et si quae nullo fine adhibentur, iis significatus conueniens, siquidem detur, imponendus. Seu, quod idem est, Rectori ciuitatis competere, potestatem disciplinam ecclesiasticam determinandi.

Tertia philosophi thess.

§. XIV.

Miror, hocce principium a clarissimo RODTFISCHEHO in dubium incertumque esse reuocatum, quippe quod ex principiis, quae ipse posuit, legitime fuit. *Primo*, quod dixi, probabo, et *deinde*, quae in contrarium adducta sunt, examinabo. Illum in finem argumentor.

Quae etiam ex principiis dissentientis legitime fuit.

Ad quae per naturam obligati sumus, ad id quoque habemus ius.

Rector ciuitatis per naturam obligatus est ad operam dandam, vt subditi actiones suas ad legem naturae componant.

Ergo et Rectori ciuitatis competit ius ea determinandi, quae subditos, vt actiones suas ad leges naturae componant, ducunt.

B

Primam



Primam propositionem celeberrimus dissentiens exhibet §. 8. verbis, quae sequuntur: *ad ea omnia nobis ius est, sine quibus obligationi nostrae satisfacere non possumus.* Altera propositio patet ex thesi §. 98. posita: *ciuitas seu respublica sic formanda est, ut in ea obligationibus ciuium naturalibus ex asse satisfieri possit.* Ergo et dissentiens conclusionem illis ex principiis legitime illatam concedere debet. *Ergo*

Reктору ciuitatis competit ius ea determinandi, quae subditos, ut actiones suas ad leges naturae componant, ducunt.

Enimvero omnium praecipua est hominum obligatio naturalis, ut Deum colant.

Ergo et Reктору ciuitatis competit ius ea determinandi, quae subditos, ad Deum colendum, ducunt.

Prima propositio est conclusio priori in syllogismo illata, alteram propositionem dissentiens §. 18. exhibet, verbis, quae sequuntur: *Prima hominis obligatio et omnium praecipua est, ut Deum religione vera colant.* Ergo iterum conclusionem legitime inde illatam concedere debet. Porro

Reктору ciuitatis competit ius ea determinandi, quae subditos ad Deum colendum ducunt.

Disciplina ecclesiastica ducit subditos ad Deum colendum.

Ergo Reктору ciuitatis competit ius determinandi disciplinam ecclesiasticam.

Prima propositio est conclusio syllogismi praecedentis. Altera propositio patet ex eo, quod dissentiens §. 53. verbis, quae sequuntur, docuit: *Disciplina ecclesiastica definitur potest, quod sint certae regulae seu canones essentialibus religionis accedentes ad cultum diuinum reuelatum ordinandum, vel commendandum, atque ad spiritualem fidelium salutem promouendam conditae.* Ergo et conclusionem, quae legitime inde fluit, clar. Dissentiens falsam non potest vocare,

re, nisi
esse co

dissent
time t
tamen
metro
clerici
nand
mod

m
q
g
ne
v
e
li
vt
tia

cl
cl
n
c
r
r
t
n
f



re, nisi principia, quae ipse posuit, inter falsa referenda esse concederet.

§. XV.

Licet, quod ex dictis manifestum est, a clarissimo dissentiente ea posita sint principia, ex quibus idem legitime fluit, quod a Philosopho demonstratum est; nihil tamen minus §. 65. thesin; sententiae Philosophi e diametro oppositam, defendere conatus est, nimirum *solis clericis et non Rectori civitatis competere potestatem determinandi disciplinam ecclesiasticam.* Examinemus principia et modum quo thesis illa exhibeatur illata.

Nihilominus tamen minus contrarium defendit.

§. XVI.

Primo sumit §. 20., si non absolute, pro moderna tamen providentia non esse veram religionem nisi reuelatam. Sed quaeritur an religio naturalis, quae per reuelationem magis determinata, sit falsa? satis inde manifestum est, venerandum dissentientem, eum religionis characterem, quo verum vocari potest, ab eo, quo ad salutem sufficiens est, non satis distinxisse. Religio naturalis, non pure talis, de hac enim Philosophus non loquutus est, (§. 8.), utique est vera (§. 4.), pro moderna tamen providentia ad salutem non est sufficiens.

Examinetur principiorum ad thesin illam corroborandam adductorum principum.

§. XVII.

Altera thesis, quam §. 22. legimus, est haec: *a solis clericis religionis reuelatae dogmata edoceri possumus, et soli clerici potestatem habent eadem docendi, docendo felicitatem nostram spiritualem promovendi.* Argumentatio, qua eandem corroborare voluit, est ea, quae sequitur: Religionis reuelatae dogmata Deus vel omnibus et singulis immediate, aut aliquibus solum reuelat, addita iisdem potestate et mandato, ut ea alios doceant. Equidem primum peraeque ac secundum Deo plane possibile fuisset; secundum tamen Deo praeplacuisse vel ex eo constat,

Principium secundum.

quod plures propemodum inter se e diametro oppositas hominum religiones numerare sit, quam nationes. Quae cum simul verae esse nequeant, nec Deus nisi vera reuelare possit, patet, non omnibus *immediate* a Deo religionis vera principia fuisse reuelata. Igitur aliquos saltem elegit, quibus *immediate* verae religionis dogmata reuelauit, addita potestate et praeepto, caeteros eadem docendi. Huiusmodi ad docendum electos, *Clericos*; caeteros: *laicos* seu *populum* adpellare lubet. Ergo a solis clericis religionis reuelatae dogmata edoceri possumus, et soli clerici potestatem ~~habent~~ eadem docendi, docendo felicitatem nostram spiritualem promouendi.

§. XVIII.

Huius continuatione.

Concedo quidem verae religionis dogmata a DEO non omnibus et singulis *immediate* reuelata esse, nego tamen, quae inde illata sunt. Argumentationis forma vitio quodam laborat. Datur enim tertium, quod ea, quae sequitur, ratione probo. Prima argumentationis pars est haec: Deus verae religionis dogmata omnibus reuelauit. Ergo aut *immediate* aut *mediate*. Prius non est. Ergo quibusdam dogmata illa *mediate* reuelauit. Hucusque bona est consequentia. Sed inde non concludas, Deum aliquos elegisse, quibus *immediate* verae religionis dogmata reuelauit, addita potestate, et praeepto, caeteros eadem docendi. Consequentia, si sit legitima, haec erit. Deus aliquos elegit, quibus *immediate* verae religionis dogmata ea reuelauit ratione, vt caeteri eadem inde cognoscere possint. Ideoque hisce praeecepit, aut vt dogmata illa caeteros doceant, aut vt eadem per litteras significent, vt inde ad omnium notitiam possint peruenire.

§. XIX.

Thesis philosophi inde probatur.

Pergo. Vitium factum esse, sacrae docent litterae,



terae. Cui itaque in republica curae esse debet, ut subditi voluntati Dei conuenienter viuant, eius quoque curae esse debet, ut sacrae illae litterae ad notitiam subditorum possint peruenire. Sed cura prioris pertinet ad superiorem seu Rectorem ciuitatis. Ergo et cura posterioris. Ad quod quis obligatus est, ad idem agendum habet ius. Ergo superiori seu Rectori ciuitatis competit ius, aliquos eligendi atque constituendi, quorum officium sit efficere, ut sacrae illae litterae ad caeterorum notitiam peruenire possint. Hos si vocare velis *clericos*, manifestum erit, *clericos, ex mandato superioris ciuitatis* obligatos esse, ut caeteros sacras litteras doceant. Inde tamen non sequi, solos clericos obligatos esse ad sacras litteras docendas. Quum enim quilibet mortalium teneatur, ut alios perficiat: consequens est, ut quilibet quoque mortalium, qui sacras intelligit litteras, obligatus sit efficiendi, ut illae ad aliorum peruenire possint notitiam. Et quae sunt reliqua: Liberet itaque venerandus dissentiens argumentationis, qua vsus est, formam a vitio, quo laborat, et non ea thesibus, quam corroborare conatus est, sed thesibus, quam Philosophus demonstrat, erit consequens.

§. XX.

Manifestum inde est, nulla ratione, quae sequitur, posse corroborari, ut alia inter clericos atque laicos sit differentia, quam, quae est inter docentes atque discentes. Quae cum ita sint, miror, venerandum dissentientem §. 23. hanc esse posuisse thesibus: *Congruum est, ut clerici ab omni cura rerum secularium prorsus sint expediti.* Pro uocat forsitan ad argumentationem, qua eandem corroborauit. Sed salua manebit res mea. Argumentatio illa est quae sequitur: („cum tanta sit, et omnium praecipua „hominis ad verae religionis cultum obligatio: congruum est, ut specialis eiusdem curae habeatur, et qui ei „dem

Principium
tertium.



dem promouendae praefecti sunt, ab omni seculari impedimento immunes sint, quod vel leuiter eos ab hoc prouinciae suae munere distrahere; aut esse remorae posset. Enim vero haec religionis cura clericis est a Deo specialiter demandata. Quare congruum est, ut clerici ab omni cura rerum secularium prorsus sint expediti.,) Fiat responsio per inuersionem. Cum tanta sit, et omnium praecipua hominis ad verae religionis cultum obligatio, congruum est, ut specialis eiusdem curae habeatur, et qui eundem exercere debent, ab omni seculari impedimento immunes sint, quod vel leuiter eos ab hac prouinciae suae munere distrahere; aut esse remorae posset. Enim vero omnes omnino homines cultum illum exercere debent. Quare congruum est, ut omnes omnino homines ab omni cura rerum secularium prorsus sint expediti. *Ista consequentia si sit legitima, haec quoque legitima esse debet, quia plane est eadem. Quatenam veritates!*

§. XXI.

Principium quartum. Accedit quartum, quod legimus §. 25.: *Laici obligatione naturali tenentur ad fidem adhibendam doctrinae clericorum in controuersis de religione.* Quatenam est ratio? Audiamus argumentum. Laici tenentur obligationi naturali ad assensum firmum dogmatibus religionis reuelatae praestandum illis doctoribus, a quibus vnice haec dogmata edoceri poterunt. Enim vero haec doceri nequeunt, nisi ab iis, quibus eadem ab ipso Deo reuelata esse constat, reuelata autem solis fuisse clericis patet; ergo ad fidem clericis in controuersia de religione adhibendam obligatione naturali tenentur.

§. XXII.

Respondetur. Primo nego laicos teneri obligatione naturali ad assensum firmum dogmatibus religionis reuelatae

tae praestanda
dogmata edo-
gationis et
tellectus no-
quia ad hunc
mum assensum
ab hoc ve-
dictum est
matis no-
tationibus
et laici
storum
tates
robo-
quan-
que-
tura-
argu-
bo-
be-
ob-
im-
ve-
hu-

te
e
A
n
lu
fa
ta
O



tae praestandum illis doctoribus, a quibus vnice haec dogmata edoceri poterunt. Hoc enim et naturae obligationis et naturae firmi assensus repugnat. Materiale intellectus non esse obligationis obiectum vel ex eo patet, quia ad libertatem nostram non potest referri. Et firmum assensum dogmati eam ob rationem praestare, quia ab hoc vel illo mortalium, cui ius docendi concessum, dictum est, sanae repugnat rationi. Veritas enim dogmatis non ab eo dependet, qui docet, sed ab argumentationibus atque rationibus, quibus confirmatur. Ergo et laici, vt ita dicam, per naturam obligati sunt, vt doctorum sententias non nude sequantur, sed vt in qualitates argumentationum atque rationum, quibus illas corroborant, sanae inquirent rationis vsu. Ponamus, thesin, quam venerandus, dissentiens posuit, esse veram, consequens erit, me, qui ex eius sententia sum laicus, per naturam esse obligatum, vt dogmati, quod §. 22. posuit, et argumentatione, cuius forma vitio laborat (§. 18.) corroborauit, firmum praestem assensum, ideoque, vt falsum habeam pro vero. Quenam est haec obligatio naturalis? obligatio naturalis nos ad perfectiones minime vero ad imperfectiones atque errores ducit. *Deinde* nego dogmata verae religionis solis illis clericis esse reuelata. Rationem huius vide §. 18.

§. XXIII.

Dicit Sch. ad §. 25. solis clericis competere ius litteras sacras authentice interpretandi. Sed respondeo, eiusmodi ius nec clericis nec solis clericis competere. Authentice dicta interpretari nequit, nisi qui est ipse eiusmodi dictorum auctor, aut cui eiusmodi interpretandi ius ab auctore concessum. Clericus non est litterarum sacrarum auctor sed Deus est. Deus eiusmodi interpretandi ius clericis nec concessit, nec concedere potuit. Omnipotens enim Deus non potest agere, nisi perfectis-

Obiectio et
responsio.

fima



firma quadam ratione. Ius vero dicta sua authentice interpretandi tertio concedere est imperfecta quaedam et rationi non conueniens agendi ratio. Conferatur obseruatio XXIV. Vol. I. obseru. mearum I. N. et G. Ergo manifestum est, erroneam esse sententiam, qua docetur, clericis ius reuelationem authentice interpretandi competere, ideoque obligationem naturalem violare, qui ad eiusmodi sententiam descendit.

§. XXIV.

Principium
quintum.

His ex euolutis prono veluti alueo fluit, falsum esse principium, quod §. 28. corroborare conatus est, nimirum *solos illos veros clericos esse, qui siue a Deo immediate, siue mediate, id est, ab aliis clericis sunt vocati et ad docendum electi*, et quod inde §. 31. intulit, *ius constituendi clericos deriuatiue esse penes solos clericos*. Accipe argumentum, quo usus est: „Ius in alium transferre nequit, nisi „qui id ipsum habet. Ius religionem reuelatam docendi „non conuenit nisi solis clericis specialiter a Deo vocatis. „His itaque solis facultas competit *ius religionis reuelatae dogmata docendi* in alios transferendi. Et facile ex dictis perspicies, huius syllogismi materiam vitio laborare, quod est in propositione minore. Satis enim vt opinor §. 18. et 19. probaui, falsum esse, vt ius religionem reuelatam docendi non conueniat, nisi solis illis clericis.

§. XXV.

Principium
sextum.

Porro falsum esse, quod §. 39. intulit: *Principium communionis ecclesiasticae esse consensum fidelium in doctrinam clericorum, qua talium, seu quatenus reuelata docent*. In syllogismo enim, quo usus est, et qui sequitur: („Principium communionis ecclesiasticae est consensus fidelium, in dogmata reuelata. Sed huiusmodi dogmata non nisi ex doctrina clericorum innotescunt. Ergo principium

„pium communionis ecclesiasticae est consensus fidelium
 „in doctrinam clericorum, qua talium.“ Iure nego ve-
 ritatem antecedentis, nimirum dogmata reuelata non nisi
 ex doctrina clericorum innotescere. Rationem huius
 vide §. 18. et 19.

§. XXVI.

Nota, quam venerandus dissentiens §. 39. addidit, Monitum.
 nouam nobis offert rationem ostendendi, falsitatem illius
 principii vel ex iis, quae ipse dissentiens affirmauit, legi-
 time fluere. *Quando, inquit, clerici extra sphaeram theo-
 logicam ad philosophicam, aut scientias vel officia profana de-
 sectant, haud dubie principium credibilitatis amittunt, cum
 non amplius ex reuelatione, sed solius rationis ductu discurre-
 rant.* Hanc itaque nobis concedit thesin. Clerici,
 quando rationis ductu discurrunt, principium credibilita-
 tis amittunt. *Subsumo.* Clerici, qui sacras litteras legitime
 interpretantur, rationis vsu ducuntur. Ergo clerici,
 qui sacras litteras legitime interpretantur, principium cre-
 ditabilitatis amittunt. *Mittorem* ratione, quae sequitur, pro-
 bo. Ponamus clericum sacras litteras interpretantem vsu
 rationis non duci: fieri non poterit, ut eiusmodi cleri-
 cus verum reuelatorum sensum a falso, verae reuelatio-
 nis principia a falsis, et iis, quae imaginationibus effici-
 untur, satis atque perspicue distingueret. Eiusmodi in-
 terpretandi ratio an sit legitima? Verum itaque est, cle-
 ricum sacras litteras legitime interpretantem, rationis
 vsu duci. Ergo et non clerico, dogmata reuelata docen-
 ti, sed argumentationibus, quibus eiusmodi dogmata cor-
 roborat, si sint legitimae, assentiendum esse. Mittat ita-
 que, venerandus dissentiens, suam doctrinam, aut conce-
 dat, clerici esse, ut dogmata reuelata sine vsu rationis
 interpretetur.



§. XXVII.

Aliud mo-
nium.

Disputavi cum dissentiente clarissimo ex concessis Pergamus in ea disputandi methodo. §. 43. legitur haecce propositio: *populus omnino naturaliter obligatus est ad ea omnia, sine quibus ecclesia subsistere nequit.* Sumamus hancce propositionem et fiat argumentatio. Sine quibus ecclesia subsistere nequit, ad ea omnia populus naturaliter obligatus est. Ad quae populus naturaliter obligatus est, ad ea facienda per naturam habet ius. Ergo sine quibus ecclesia subsistere nequit, ad ea omnia populus naturaliter habet ius. Porro sine quibus ecclesia subsistere nequit, ad ea omnia populus naturaliter habet ius. Sine vocatione atque electione eorum, qui dogmata ecclesiae docent, ecclesia non potest subsistere. Ergo populo per naturam competit ius eos, qui dogmata ecclesiae doceant, vocandi atque eligendi. Quae thesis §. 28. repugnat. Sed haec sufficiant ad ostendendum, dogmata dissentientis venerandi non cohaerere.

§. XXVIII.

Principium
septimum.

Tandem ex iis, quae §. 16. vsque ad 24. euoluimus manifestum est, falsum quoque esse principium illud, quod venerandus dissentiens §. 64. posuit: *nimirum solos clericos habere potestatem determinandi, in quantum disciplina quaedam ecclesiastica apta sit ad cultum diuinum et animarum salutem promouendam.* Euoluas, quaeso, argumentum, quod sequitur. „In id sedulo est incumbendum, vt regulae ad cultum diuinum et salutem fidelium promouendam aptae praescribantur. Sed omni studio cauendum est, ne quid admittatur, quod dogmati quidam reuelato derogaret, aut eidem repugnaret. Ergo in id sedulo est incumbendum, vt eiusmodi regulae ad cultum diuinum praescribantur, quae dogmatibus reuelatis non repugnant. Enim vero in quantum aliquid cum religionis

„gionis reuelatae principiis stare possit, non nisi ab iis
 „determinari potest, qui dogmata reuelata intimius per-
 „specta, eademque docendi, et media ad salutem fide-
 „um praescribendi ius habent; id vero solis clericis pro-
 „prium est. Ergo soli clerici habent illam potestatem. „
 Hocce argumento euoluto, facile erit intelligere, eius et
 materiam et formam vitio laborare. Vitium materiae la-
 tet in iure, quod solis clericis tribuit. Hoc enim vene-
 randus dissentiens nec satis probauit nec satis probare pot-
 est (§. 17. sq.), vitium formae latet haecce in consequen-
 tia: in quantum aliquid cum religionis reuelatae princi-
 piis stare possit, non nisi ab iis determinari potest, qui
 dogmata reuelata intimius perspecta, eademque docendi,
 et media ad salutem fidelium praescribendi ius habent.
 Quenam enim est haecce consequentia? Potestne is de-
 terminare, in quantum aliquid cum religionis reuelatae
 principiis stare possit, qui dogmata reuelata intimius per-
 specta habet? Est is, qui dogmata reuelata intimius per-
 specta habet, clericus? Suntne permulti laicorum, qui
 dogmata reuelata magis perspecta habent, quam permul-
 ti clericorum?

§. XXIX.

Haec de principiis, quorum ope venerandus dissen-
 tiens, §. 65. corroborare voluit, solis clericis compete-
 re potestatem determinandi disciplinam ecclesiasticam. Examinatis illis princi-
 piis reici-
 tur propo-
 sitio inde
 illata.
 Omnia illa principia esse falsa satis, vt opinor, probaui.
 Legitime inde sequitur, venerandum dissentientem Phi-
 losophi sententiam impugnasse quidem non vero refutaf-
 se. Stat igitur Philosophi sententia, Reктору ciuitatis per
 naturam ciuitatis competere ius disciplinam ecclesiasti-
 cam determinandi.

§. XXX.

Antequam ad ceteras Philosophi sententias, et a
 clarissimo dissentiente impugnatas transeam, placet, dif-
 ferentiam inter laicos et clericos accuratius
 exponitur.



ferentiam, quae inter clericos et laicos intercedit, accuratius exponere. Ne id, quod Scholio ad §. 82. monuit, *Per Illustrem nimirum Philosophum non unquam laicos a clericis discreuisse*, rem nostram Lectori relinqueret dubiam atque controuersam. *Clericum* definitur §. 32. hominem verae religioni deditum, a curis et negotiis saecularibus abstractum, et legitima vocatione, quae nimirum aut immediate a Deo aut a clericis facta, singulariter diuino religionis seruitio destinatus. Et *Laici* ex sententia venerandi dissentientis sunt homines, qui non sunt clerici, sed naturali obligatione tenentur ad audiendos clericos, seu ad fidem adhibendam doctrinae clericorum in controuersis de religione vid. §. 25. Sumamus hasce definitiones, et erit consequens *primum*: laicos esse homines, qui naturali obligatione tenentur, ad ea agenda, quae legibus naturalibus repugnant. Quod patet ex iis, quae §. 22. demonstrauimus. *Secundum*: definitionem de clerico datam enumerare characteres, qui ad essentiam clerici non pertinent, non exhibere notionem perspicuam, deductam esse ex talibus principiis, quae nec probata sunt, nec probari possunt, et constare characteribus, qui secundum regulas logices a definitione excludendi. *Primi* generis character est, ut clericus a curis et negotiis saecularibus sit abstractus. Hunc enim ad essentiam clerici non pertinere patet ex §. 20. *Secundum* ex eo manifestum est, quia clericus sit is, qui a clerico vocatus. Definitio itaque clerici non est perspicua, nisi clericus iam antea sit definitus. *Tertii* generis character est, ut soli illi sint veri clerici, qui siue a Deo immediate siue mediate, id est, ab aliis clericis sunt vocati. Hoc enim nec esse probatum, nec posse probari satis patet, ex iis, quae §. 18. 19. et 24. a nobis sunt dicta. *Quartum* inde probo, quia definitio de clerico data enumerat causam, quae clericum constituit. Iam vero ex logicis mani-

mani-

manifestum est, causam non inter eos referendam esse characteres, per quos res, de qua quaestio est, definienda.

§. XXXI.

Quae, cum ita sint, mittamus eiusmodi definitiones et inquiramus in eam, quae inter clericos atque laicos intercedit, differentiam, quae vera est atque possibilis. Homines in clericos atque laicos non diuiduntur nisi in statu ecclesiastico viuentes. Qui in statu ecclesiastico viuunt, aut sunt tales, quibus concessum est ius religionem publice docendi, et ea, quae ad religionem pertinent, in commodum membrorum ecclesiae dirigendi; aut tales, quibus eiusmodi ius non est concessum. Hi omnium consensu vocantur *laici*. Ergo *illi sunt clerici*.

Huius continuationis.

§. XXXII.

His praemissis manifestum est, Philosophum sine sufficiente ratione a venerando dissentiente taxatum esse, quia obuia in controuersia laicos a clericis non discreuit. Non enim quaeritur de iis, quibus ius concessum est religionem publice docendi, et ea, quae ad religionem pertinent, in commodum membrorum ecclesiae dirigendi. Sed de eo est quaestio, qui eiusmodi ius alicui possit concedere. Huius quaestionis responsionem diuisionem in laicos et clericos non opponere, sed eius diuisionis fundamentum ex eo sumendum esse, quod quibusdam ecclesiae membris ius religionem publice docendi, et quae sunt reliqua, sit concessum, res ipsa loquitur, et notiones, quas de clericis et laicis habemus, confirmant.

Ex quo colligitur, principia philosophi sine ratione taxata esse.

§. XXXIII.

Transeo ad quartam Philosophi thesin a venerando dissentiente impugnata. Philosophus l. c. §. 947. ea ex ratione, quia assensus non possit extorqueri, nisi per rationes,

Quarta philosophi thesis a cl. Diff. impugnat.



tiones, quae unicuique videntur euidentēs, et, vel ad conuincendum, vel persuadendum sufficiunt, ideoque imperari nequeat, vt pro vero habeamus id, de quo conuicti vel persuasi non sumus per rationes nobis euidentes, maximeque absurdum foret, vt quis assensum suum voluntati aliorum vellet subiicere, et quae sunt reliqua; legitime infert: *feri non posse, vt, qui in ciuitatem coeunt, inter se conueniant, vt, quod de cultu diuino interno, et de iis, quae vi cultus interni in externo aliter sese habere nequeunt, parti maiori visum fuerit, habeatur pro vero.*

§. XXXIV.

Monitum
dissentientis
primum.

Monuit hic iterum aliqua venerandus dissentiens. *Primum* quod p. 71. in nat. ad §. 95. legimus, est quod sequitur: „Distinctio adhibenda est inter ius internum „et externum, seu inter ius et impunitatem agendi; item „inter eos, qui nunquam ecclesiae communioni sunt ad- „scripti, et qui semel eandem sunt ingressi. *Si nunquam „fuerit adscripti?* iure quidem externo, seu impune sic con- „ueniunt, vt id pro vero habeatur, quod maiori parti vi- „sum fuerit; iure tamen interno et obligatione imperfe- „cta sic conuenire deberent, vt id pro vero habeatur, „quod clericis a Deo constitutis visum fuerit. *Sin vero „iamiam ecclesiae communionem sunt ingressi?* tunc ab aliis „communionis suae sociis cogi possunt, vt eo modo in „ciuitatem coeant, qui non repugnat communioni eccle- „siae vniuersali. Enim vero communioni ecclesiae re- „pugnat dissensus in iis, quae reuelata sunt. Ergo cogi „possunt, vt ita in ciuitatem coeant, quo consensus fi- „delium in eadem dogmata reuelata conseruetur. Con- „seruatur autem consensus iste per consensum in eandem „doctrinam clericorum. Ergo obligatione etiam perfecta „sic coire in ciuitatem tenentur, vt id pro vero habeatur, „quod clericorum praedicatione et doctrina definitum „fuerit.

§. XXXV.

§. XXXV.

Sed *primo* nego, eos, qui nunquam ecclesiae communioni sunt adscripti, iure externo seu impune sic conuenire posse, ut id pro vero habeatur, quod maiori parti visum fuerit. Quum enim eiusmodi pactum per se absurdum sit, quoniam sanae repugnat rationi assensum suum quoad dogmata pluralitati votorum subiicere; manifestum est, poenam naturalem eiusmodi pacti esse consequens. *Deinde* nego, eos qui communioni ecclesiae nunquam sunt adscripti, iure interno ideoque obligatione, teneri ad sic conueniendum, ut id pro vero habeatur, quod clericis a Deo constitutis visum fuerit. Clerici etiam ii, quos Deus constituit, manent homines, ideoque possunt errare. Id itaque veritatem doctrinae non probat, quia clerico a Deo constituto visa fuerit, sed quia euentibus rationibus corroborata. Repete, quae supra dicta sunt §. 22. 23. *Tertio* in argumentatione: *Qui semel communionem ecclesiae sunt ingressi, ab aliis communionis suae sociis cogi possunt, ut eo modo in ciuitatem coeant, qui non repugnat communioni ecclesiae vniuersali, nego et consequentiam et consequens.* Consequentiam probat ex §. cit. 41. ubi haec posita est propositio: *qui in eandem ecclesiae communionem coeunt, isti tacito quodam pacto sese obstringunt, unitis viribus communionem suam defendendi aduersus iniustos aggressores.* Sed quaenam est consequentia? Sunt ii, qui in dogmate quodam a religione nostra dissentiunt, religionis nostrae iniusti aggressores? Iniusta aggressio est crimen. Dissensus in religione an sit crimen? Posito illo antecedente id scilicet erit consequens: *Qui semel in communionem ecclesiae sunt ingressi, ab aliis communionis suae sociis cogi possunt, ut ab eiusmodi communionem, si in capita religionis non velint consentire, absint.* Negari consequens. Ratio huius est, quae sequitur. Aliquos cogere, ut eo modo in ciuitatem coeant, qui non



non repugnat communioni ecclesiae vniuersali, idem est, ad aliquem cogere, vt dogmata ea ex ratione pro veris habeat, quia ab aliis pro veris habentur. Eiusmodi vero coactionem sanae rationi repugnare, vel ex eo patet, quia intellectus materiale non est sub coactione. Ergo et consequens illud inter ea referri debet, quae sanae rationi repugnant. Et quae sunt reliqua. Cessat itaque primum illud monitum.

§. XXXVI.

Monitum
secundum
et responsio

Alterum, quod l. c. monuit, est quod sequitur: „Neque sic extorquetur assensus, nisi per rationem, quae
1) clericus docere debet se legitima auctoritate vocatum esse, 2) id solum in materia religionis pro vero habendum esse, quod clerici legitima auctoritate constituti, a Deo reuelatum esse docent. Et quae sunt reliqua. Duo hoc in monito distinguenda veniunt. *Primum* clarissimum dissentientem tacite concedere, absurdum esse assensum extorquere nisi per rationes, quae convincendo videntur euidentes. *Deinde* illo ex concessio principio ei, quod dissentiens posuit, e diametro oppositum legitime fluere. Probationem accipe. Ponamus clericum legitima auctoritate constitutum docere, hoc vel illud sibi a DEO esse reuelatum, quaestio ponenda erit, vtrum illa doctrina vere a Deo reuelata sit, an pro reuelata a clerico illo per errorem sit habita? Assensum itaque in dogmate quodam ea ex ratione extorquere, quia eiusmodi dogma a Deo reuelatum esse, clericus legitima auctoritate constitutus docuit, idem est ac assensum per rationem insufficientem extorquere, ideoque per rationem minus euidenter. Docuit itaque venerandus dissentiens dogmata minus cohaerentia, ideoque non verbis clerici, sed rationibus, quibus doctrinas confirmant, fidem esse habendam.

§. XXXVII.



§. XXXVII.

Addit Per-III. Philosophus thesi §. 33. enumeratae: nisi quatenus controuersia in ecclesia orta prouisionaliter decidenda, aut de ea certi quid constituendum. Illustrat

Philosophus sententiam verbis, quae sequuntur: („Si „controuersia in ecclesia orta ut terminetur, vel sopiatur, e re tam ecclesiae, quam ciuitatis fuerit, cum parti neutri imperari possit, ut sententiam alterius amplectatur et pro vera habeat, non aliter id obtineri potest, nisi ut pro uisionaliter vel decidatur, quid publice doceri aut fieri debeat, aut certi quid constituatur, ueluti ut unicuique liberum sit sententiam suam proponere ac rationibus defendere, extra contumeliam et inuersionem partis alterius, vel ut de eo, quod controuersum est, in cultu diuino publico taceatur. Istiusmodi autem decisiones et constitutiones prouisionales, ubi omnium aequale ius est, aliter fieri non possunt, nisi ut praeualeat, quod parti maiori uisum fuerit eorum, qui in ecclesia sunt. Et quae reliqua.„) Sed et hoc venerando dissentienti uidetur falsum, ratio huius, quam affert §. 101. est, quia ex eo, quod soli clerici ius habeant et potestatem legem reuelatam interpretandi, fluat solos clericos habere potestatem controuersias circa religionem enatas dirimendi. Et quae sunt reliqua. Sed falsa est argumentationis materia (§. 22. 23.) Ergo et mittenda est conclusio.

Impugnatio illius theses magis exponitur.

§. XXXVIII.

Satis ex dictis manifestum est, nec a venerando dissentiente legitime probatam, nec veram esse thesin, ut potestas dirigendi et praedicandi sacra solis illis clericis, quos definiuit, nulla ratione populo competat. Quae cum

Conclusio generalis.

D



cum ita sunt, sequitur, omnia cessare, quae ex lege illa quasi fundamentali §. 112. intulit, nimirum primam legem ciuitatis fundamentalem esse, vt eius leges a populo condendae nihil statuunt circa sacra dirigenda. Et quae sunt reliqua. Porro cessare rationes, quibus in not. ad §. cit. impugnauit sententias Philosophi, quae sequuntur. *Si qua de iure circa sacra lege fundamentali disponuntur, ea tenent rectorem ciuitatis (§. 956. Tom. cit.) si lex nulla fundamentalis obstet, superior quamcunque religionem tolerare potest in ciuitate, modo ea non statui ciuili aduersa, et eam praescribere potest legem, sub qua tolerare velit (§. 957. Tom. cit.) si diuersam religionem ab ea, quae recepta est, profitentes tolerare decreuit Rector ciuitatis, per pacta cum iis definire potest ius circa sacra, quod sibi competere debet, nec ultra id, de quo conuentum est, ius suum extendere potest, etsi eidem ius maius competat respectu ceterorum, qui receptae religioni addicti sunt. Et quae sunt reliqua.*

§. XXXIX.

Sententia
philosophi
de potestate
circa
sacra.

Hucusque de principiis Philosophi de potestate circa sacra et circa disciplinam ecclesiasticam a venerando dissentiente argumentationibus quidem impugnatis, sed non refutatis. Sequitur sententia Philosophi de potestate circa bona ecclesiastica, quam §. 524. lq. Tom. cit. exponit. Quam in compendium redigamus. Bona ecclesiastica a populo in 70 suum ecclesiae certum ad obtinendum vsum per pactum translata sunt. Ergo ecclesiae in eiusmodi bonis competunt iura ad finem illum obtinendum necessaria, et Rectori ciuitatis iura dominii eminentis. Ecclesia intereunte res ecclesiasticae ab eo adquiruntur, cui ius res in ciuitate derelictas occupandi competit. Et quae sunt reliqua.

§. XXXX.

§. XXXX.

Omnia haec clarissimo dissentienti minus accurate ^{Impugna-}posita videntur. Argumentationes quidem Philoſophi ^{tio prima et} non aggreditur, nihilo tamen minus conclusiones impu- ^{reſponſio.}gnat. *Primo* impugnat theſin, vt bona eccleſiaſtica in ſuo ſuum eccleſiae tranſlata, ſed ſumit, ea tranſlata eſſe in ſuo ſuum clericorum. Argumentatio eſt: Ius illud eccleſiae competens et ius de bonis illis in ſcopum eccleſiae, id eſt, in cultum diuinum et animarum ſalutem diſponendi. Sed ea quae cultum diuinum et animarum ſalutem concernunt, non niſi a clericis iudicari atque determinari poſſunt. Ergo ius illud ſolum ad clericos pertinet. vid. §. 119. ſq. pergit §. 121. Ergo ſoli clerici habent ius iura clericorum in bona eccleſiaſtica determinandi. Sed reſpondeo, *primo* illius argumentationis materiam iterum vitio quodam laborare. Concurrit enim propoſitio iam ante negata, nimirum ſolis clericis competere ius iudicandi atque determinandi, quae cultum diuinum et animarum ſalutem concernunt. *Deinde* ſummas propoſitionem vltimam, et quaero, quid cogites: Soli clerico competit ius ea determinandi iura, quae ſibi competunt.

§. XXXXI.

Porro §. 126. negat, ſummum Imperantem habere ^{Impugna-}dominium eminens in bonis eccleſiae. Sed ratio eſt ea ^{tio ſecunda} dem ex qua ante argumentatus eſt. Ergo et hancce con- ^{et reſpon-}clusionem iure meritoque mittamus. Et idem valet de ^{ſio.} iis, quae ſequuntur.

D 2


§. XXXXII.



§. XXXXII.

Conclusio. Pro scopo itaque satis fit dictum. Probauimus enim sententias Philosophi impugnatas quidem esse, sed non refutatas, argumentationes vero, quibus contrarias corroborare voluit sententias clarissimus dissentiens, aut in materia aut in forma peccare, ideoque omni fundamento, legitime probato esse destitutas. Probauimus sententias Philosophi iisdem ex principiis sequi, quas venerandus dissentiens sumit. Stat igitur sententia Philosophi.

F I N I S.



NOBI-



NOBILISSIMO ET DOCTISSIMO

DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

PRAESES.

Quam bene sibi consulant isti sanctorum doctrinarum studiosi, qui in comparanda scientia eorum, quae sunt Iuris Naturae, solida curam impendunt diligentiamque, non est quod longo probem sermone, quum ex eorum definitionibus inter se comparatis pronofluit alueo. Horum TE numero prae ceteris adscribo, Doctissime Domine Respondens, quo magis TE amore illius scientiae semper incensum intellexi; eamque ob causam TE laudandum publiceque commendandum existimo, quod cum studio theologico scientiae huic operam navasti sedulam. Quum ergo nunc publicum diligentiae Tuae laudandae eruditionisque testimonium praebere vis, non dubito quin cum laude omniumque adplausu sis praestiturus. Gratulor TIBI de hoc ex intimo cordis adfectu, in votisque habeo, ut omnia TIBI, quae efficienda moliris, ex voto succedant. Faciat Deus ut patriae aliisque quibuscum vivis plurimum prosis, utque omni felicitatis genere laudeque recte factorum perpetua floreas.

D 3

MON-



MONSIEVR,

Je me félicite d'entrer en lice contre vous. C'est une belle occasion pour moi, de profiter de vos lumières sur un sujet, qui mettra votre manière & votre érudition dans tout leur jour, aiant sur-tout pour Président un Homme que l'on met avec justice au rang des plus grands Philosophes de notre Allemagne. Je vous rends donc grace de l'honneur que vous avez bien voulu me faire, & je vous proteste, que je ne négligerai rien pour vous témoigner combien je suis

MONSIEVR,

à Jena ce 9^{me} Juillet
1751.

Votre très-humble
et très-obéissant serviteur

Frederic Guillaume de Mecklenburg,
du Pays de Mecklenbourg
Opposant.

Impavidus scandis cathedram, mi *suavis Amice.*
 Gratulor ex animo praelia docta *Tibi.*
 En lauru viridi *tua* tempora cingit Apollo,
 Dum, pugna facta, laeta tropaea refers.
 Sic nunc iucundos studiorum demere fructus,
 Percipe laetitiam, laude fruare noua:
 Vt gaudet campos vno qui scindit aratro,
 Horrea quum complet fructibus ille nouis.
 Accipe quae posui veri ceu pignus amoris,
 Absens viue meynor, *dulcis Amice, mei.*

Hisce paucis Viro Praenobilissimo Re-
spondenti de specimine eruditionis
suae edendo gratulatur.

Ioannes Adolphus Hellbachius,
Opposens.

Wet



Wer sich den hohen Lehren weiht,
 Die in dem Weisheits Tempel schallen:
 Ihr selbst im Herzen Weirauch streut,
 Und läßt ihr Wesen ihm gefallen:
 Der kan auch schon wie Du, in frühesten Zeiten
 Der Eltern Wunsch erfreun, den Lorbeer sich bereiten.

Dieses schrieb zum Denckmahle seiner
 Liebe und Freude seinem wertheften
 Herrn Vatheu über seine wohlvollens-
 deten akademischen Bemühungen.

Conrad Julius Lohmann,
 Fünfter College bey der Jenaischen
 Stadtschule.

VIRO
 NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO
IOANNI FRIDERICO IVLIO
HAERTERO

AMICISSIMO SVO

S. P. D.

ADOLPHVS WILHELMVS LOHMANNVS,

JENENSIS.

I. V. C.

Publice iam, AMICE SVAVISSIME, ante quam ex Salana
 discedis, studiorum TVORVM reddis rationem; atque spe-
 cimine comprobas egregio, quantos, ex Illustris Praesidis TVI
 Solidissima institutione, in Philosophia ceperis fructus. Hiscē
 motus non possum, quin insigni perfundar laetitia, atque,
 amicitiae TVAE singularis et haud fucatae, qua per integrum
 fere quadriennium vsus sum, memor, TIBI ex animo gratu-
 ler. Conseruet TE itaque benignissimum numen ad seros vs-
 que



que annos sospitem ac saluum; studiisque, quibus TE deuo-
uisti, porro beneduat, vt ea ad veram. DEI immortalis glo-
riam, TVAM ipsius felicitatem ardentissimaque optimorum pa-
rentum vota cedant. Me autem, prout hactenus, fecisti, ita et
inposterum fauore TVO prosequi pergas, et certissime per-
suasus sis, nil mihi fore exoptatus, quam occasionem, pro tan-
to erga me amore TIBI aliqua inferuendi ratione. Vale.
Scribeam Ienae d. XIII. Aprilis, anno restauratae salutis
CICIDLI.

MONSIEUR,

Comme Vous allez donner des preuves de Votre capacité dans
un acte de la faculté, je croirois manquer à l'amitié dont
Vous m'avez honoré, si je ne raisois en un temps où les autres
éclatent en applaudissemens & en felicitations. Souffrez donc
que je me mette du parti de ceux qui Vous témoignent en cette
occasion la joye qu'ils ont de Vous voir entrez solennellement
dans le monde, faire connoître ce que Vous valez, & Vos progrès
dans la Philosophie: Souffrez, Monsieur, que je Vous marque
mon extreme plaisir de prévoir par là que Vous allez être le
soutien de Votre famille, & les délices de Votre pais natal; aussi
bien que de tous ceux qui aiment & considerent le merite en ce
endroit ou en telle personne qu'ils le trouvent. Je Vous prie
en même temps de ne changer jamais de sentimens à mon égard
& de me continuer toujours l'amitié que Vous avez bien voulu
m'accorder, puisque je suis, & que je serai avec beaucoup d'esti-
me & de consideration,

MONSIEUR

à Jene le 6. de Juillet
1751.

Votre très humble & très obeissant
serviteur

J. H. Engelart

Etud. en Med.

du pais de Hildbourghouse.

311



Zum Füßen großer Lehrer sitzen,
 Und denn so Tag als Nacht bey schönen Büchern schwitzen
 War Dein erweckt Bemühen,
 Worinn Dein munterer Geist sich zu verkiehren schien;
 Nun aber kann mann auch in schönen Proben lesen,
 Wie Dein geschickter Fleis nicht ohne Glück gewesen.

Hierdurch wolten ihrem hochgeehrtesten Freunde
 bey seinen glücklich vollendeten akademischen Jah-
 ren ihre Freude bezeigen, alles wahre Vergnü-
 gen auf die folgenden anwünschen, und zu Des-
 selben fernerer Freundschaft empfehlen.

Johann Paul Seiz, S. S. Theol. stud.
 George Christian Seiz, S. S. Theol. stud.

NON TIBI, FAVOR, studiis amoenis,
 Sufficit, dura cubuisse cura
 Ac labore hae in Sophiae celebra

Sede Salana.

Non quiescis, si volitans repente
 Fama diuulgat repetitque laudes,
 Quod scias rerum solide atque recte
 Reddere causas.

Ducris TV nunc animo perito
 Publice dandi documenta magnae,
 Atque doctrinae sale consecratae.
 Carmina fundit.

Quisque, nec plaudens nemo TE decorat
 Laudibus sic, TE, vt patria ipsa spectet,
 Audiensque illas precibus benignis
 Postulet, Haerter,

Ma-



Mater illa vt, quem, iuuenem, remouit
Inuido flatu Notus vñdam amaram,
A domo et dulci tenuit sonorus


Longius anno.

Omnibus votis, TVA quae fecudent
Prospero cursu merita atque laeto,
Adiero, constans subito vt laboris

Praemia carpas.

Hoc gratulabundus fautori atque amico desi-
deratissimo huius eruditae dissertationis Re-
spondenti Doctissimo, Iena patriam abituri-
enti consecrare voluit,

Ioannes Henricus Gutheilius,
Meurano Schwarzburgus, S. S. Theol. Cult.



Stati. Bibliothek
Regensburg